QVAESTIO VII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Feudum quotuplex ſit.*

Ex Additionibus.

1 *Quæ ſint feudorum diuiſiones, remiſſiue.*

ADDITIONES.

a Qvotuplex ſit feudũ.] 1 De † varijs feudorum diuiſionibus, poſt Clarum noſtrum, & veteres, videantur Aluarus Valaſcus in tractatu de iure emphyt. quæſtione 40. Roſenthall in tractatu iuris feudal. capit. 2. concluſion. prima, & aliquot ſequentibus Dn. Bocer. claſſ. 5. diſput. 13. edit. 2. & in tractat. de qualitate, & different. feudorum, capit. 2. & ſequentibus Dn. Obrechtus diſput. feud. 2. Schrader. in tractatu feudorum, par. 2. cap. 3. & ſeq. Borcholt. in Commentar. in conſuetu. feud. capit. 4. Vulteius de feud. libro primo, capit. 8. Paul. Berens Diſputat. 1. feud. theſau. 20. & aliquot ſeqq. alijque per eos citati. *Harpr.*

b *Multas enumerant.*] Adde quod Baldus, & ceteri ſcribentes in proœm. feud. ponunt duodecim diuiſiones feudorum, quas non refero: Vide ibi per eos. *Giach.*

QVÆST. VII.

a 1 *Qværo, quotuplex ſit Feudum? Reſp. Doctores multas* b *enumerãt ſpecies feudorum. Tu dic, quod aliud eſt feudum regale, vel dignitatis: aliud non dignitatis: & de his infra dixi q.10. Aliud eſt nobile, aliud burgẽſe. Item aliud francum, aliud non francum, de quo dixi infr. q. 12. Item aliud eſt feudum antiquum, ſeu paternũ, aliud nouum, de quo dixi infra. q.8. Item aliud eſt feudum rectũ, aliud conditionatum. Item aliud eſt feudum ligium, aliud non ligium, de quo infr. q.11. Item aliud eſt feudum hæreditarium, aliud ex pacto, et prouidentia, aliud mixtũ, de qua dixi infra, q.9. Aliæ etiam diuiſiones feudorum traduntur poſt Scribentes, quas vide per te in præludijs feudorum.*

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Feudum antiquum, vel nouum, quod dicatur.*
2 *Et quid ſi reuera ſit feudum nouum, ſed concedatur iuri feudi, antiqui in omnibus, & per omnia.*
3 *Et quid ſi non ſint appoſita illa verba vniuerſalia.*
4 *Et an illa verba operentur etiam in præiudicium ipſius inueſtiti?*
5 *Et quid econuerſo ſi vaſallus accipiat inueſtituram feudi antiqui pro feudo nouo.*
6 *Et quid ſi feudum antiquum ex culpa vaſalli deuoluatur ad dominum, qui ei culpam remittat, an iudicabitur nouum, vel antiquum.*

Ex Additionibus.

1 *Feudum nouum quid.*
2 *Antiquum feudum quid.*
3 *Num feudo paterno recte apponatur feudum antiquum.*
4 *Feudum paternum, & antiquum promiſcue vſurpantur.*
5 *Feudũ nouum an, et quatenus poſſit concedi vt feudũ antiquũ.*
6 *Quod in fauorẽ alicuius eſt introductum, non debet retorqueri in eius odium.*
7 *Quatenus feudum antiquum conceſſum iure feudi noui aſſumat naturas feudi noui.*
8 *Ius quæſitum auferri inuito alicui non debet.*
9 *An, & quatenus in dubio feudum antiquum, vel nouum preſumatur remiſſiuè.*

ADDITIONES.

a Feudum nouum eſt.] Adde & per Cæphalum conſil. 173. nu. 1. & 34. vbi quid ſit feudum nouum. Idem in conſil. 3. nu. 10. Item feudum nouum dicitur ob nouam formam per eundem in conſ. 30. nume. 29. Antiquum nempe feudũ ex noua forma fit nouum, per eundem conſ. 153. nu. 19. & 20. *Giach.*

Feudum nouum eſt.] 1 Nouum feudum dicitur, quod vaſallus poſſeſſor ipſemet primum, vel noua inueſtitura, vel pręſcriptione acquiſiuit. tit. 8. §. fi. ibi, hæc de hoc feudo paterno libro 1. feudor. antiquum 2 † vero, ſiue vetus, quod ab alio primitus acquiſitum vaſallus ex ſucceſſione poſſidet. titul. 32. verſ. de veteri autem. lib. 2. feudor. Idque fuſius paulò explicat Dn. Collega Bocer. in tractat. de qualit. & differ. feud. ca. 5. 3 nu. 77. & ſeqq. Et † licet nõnulli Interpretes paterno feudo opponant feudum antiquum: illud appellantes, quod quis obtinet, uel a patre, vel auo, vel proauo, vel abauo: hoc autem, quod acquiſitum eſt ab aliquo maiorum, qui eſt vltra abauum. Bald. & Aluarot. in c. vn. §. hoc quoque obſeruatur. de ſucceſſ. feud. Roland. à Valle conſ. 16. nu. 36. vol. 3. Borcholt. in comment. in cõſuet. feud. c. 4. nu 2. Ant. Cont de feud. cap. de diuiſionib. feud. & Duaren. in comment. in vſus feud. c. 4. nu. 10. attamen hanc opinionem alij, non contemnendæ auctoritatis Iuriſconſulti, 4 haud ſine ratione explodunt. Tum † quia feudum paternum, & antiquum in infinitis prope locis promiſcuè vſurpantur, vt in titul. 14. §. ſi duo lib. 1. feud. tit. 11. § his vero. verſ. ſi verò dominus. tit. 12. in princ. tit. 14. verſ. lis eſt inter dominum. tit. 15. verſic. nũc quidem. & tit. 26. in princip. lib. 2. F. Tũ quia illi, qui ſupra abauum ſunt parentum quoque nomine veniunt: & idcircò ratio dari non poteſt, cur illud feudum, quod a parente, auo, proauo, & abauo acquiſitum eſt, potius paternum dici oporteat, quã illud, quod ab ijs, qui ſunt ſupra abauum, eſt acquiſitum. Atque ita ſentiunt Eguinarius Baro ad tit. 8. §. 1. libro primo, F. Vulteius libro primo, de feudis, cap. 8. numero quinto. Obrecht. diſput. feud. 3. theſ. 73. Bocer. dicto capit. 5. numero 80. cum ſequẽti. Hartman. Piſtor. libro ſecundo, quæſtio. 5. numero ſecundo. Schrader. in tract. feud. parte 2. capit. 3. numero 39. Niellius diſput. feud. 1. theſ. 7. lit. B. Piſo Soac. in prælud. feud. c. 45. num. 4. *Harpr.*

b *Antiquum.*] Item feudum quando dicatur antiquum, vide per Cæphal. in conſ. 207. nu. 30. & antiquum, vide per eundem conſ. 241. num. 21. Et in dubio præſumitur antiquum per Roland. conſilio 3. num. 3. & per Cæphal. dicto conſilio 207. num. 30. *Giach.*

QVÆST. VIII.

1 *Nter alias diuiſiones feudorum, quæ cõmuniter traduntur à Doctoribus iſta eſt maximi effectus, & ſępè verſatur in practica, quia ſcilicet alind eſt feudum antiquum, & alind eſt feudum* a *nouum. Feudum nouum eſt, quod de nouo conceditur, & habet initium in perſona illius, qui de eo fuit inueſtitus.* b *Feudum autem antiquum eſt illud, quod eſt acquiſitum ab aliquo vſcendente, qui fuerat parens communis agnationis. Et licet aliquãdo etiam dica-*

tur feudum paternum id; quod eſt acquiſitum ab aſcendente intra quartum gradum: tamen hæ duæ ſpecies, ſcilicet antiquum, et paternum, ſæpenumero pro eodem ponũtur. Et ita hæc omnia ſequuntur communiter Doct. vt dicit Curt. iun. de feud. in 1. parte princ. in 8. quæſt. columna 2. verſic. ſub hac prima. Effectus autem huius differentię inter feudũ nouum, & antiquum, poteris videre in diſcurſu huius §.

2 *Sed hic occurrit notabilis* c *quæſtio, pone,* c *Princeps inueſtit aliquem de feudo, & in inueſtitura dicit ſe illud concedere iuri feudi antiqui, & paterni; Quæro, nunquid iſtud feudum regulabitur tanquam feudum nouum, an autem tanquam feudum antiquum, & paternum? Reſpon. in hoc articulo variæ fuerunt Doctorum opin. Nam Oldrad. conſ. 178. num. 3. tenet, quod non obſtantibus illis verbis, cenſebitur feudum nouum; & hãc opin. aliquando dixit eſſe communẽ Iaſ. conſ. 152. poſt nu. 1.* d *lib. 2. Contrariam autem opinionem, quod ſcilicet cenſeatur feudum antiquum regulariter, tenuit Bald. in c. 1. nu. 2. de alien. feudi pater. quem ce-* e *teri ſequuntur, vt ait* e *Iac. de feud. in verbo, Nobiles Agaſi. in fi. Et hanc opin. dixit eſſe magis communem Iaſ. ſibi contrarius in conſil. 1. col. 4. verſil. II. principali, libr. 3. & conſ. 136. col. 4. verſ. ſpecialius, libro 4. & in prælud. feud. num. 90. circa fin. Dec. conſ. 144. num. 3. in fin. Curt. ſen. conſ. 49. poſt nu. 58. verſ. Reſpodemus enim. Ruinus conſ. 5. in princ. lib. 1. & conſ. 14. num. 5. eod. vol. & conſil. 45. num. 4. eod. volum. Crot. in repet. l. ſi is qui pro emptore, nu. 25. ff. de vſucap. Hanc etiam opin. videtur fateri eſſe communem Curt. iun. conſi. 1. poſt nu. 13. licet dicat, quod non tranſit ſine difficultate, cum pluries etiam contrarium tenuerit: illam tamen tanquam communem aperte ſequitur dicens non eſſe ab ea recedendum conſulendo, aut iudicando, idem Curt. iun. de feud. in 1. parte princ. in 8. q. col. 2. Eandem opin. dicit eſſe communem Pariſ. conſ. 5. nu. 11. lib. 1. Alciat. de præſump. in 3. reg. præſumpt. 28. n. 4. Molin. in conſuet. Pariſ. feudal. §. nu. 84. Et hanc opin. ego etiam ſemper ſecutus ſum, tanquam ueriorem, & magis communem. Vt enim ipſa conceſſio feudi procedit ab abſoluta voluntate principis: ita etiam ipſius feudi conſtitutio, & natura pendet a tenore inueſtituræ, ſecundum quam Princeps feudum ipſum concedit, ſemper tamen intelligendo in Principe, qui de ipſo feudo libere, & abſolute diſponere poteſt, prout in hac materia præſupponunt communiter Doctores.*

Et hęc quidem concluſio locum habet non ſolum quando Princeps in conceſſione vtitur uerbis uniuerſalibus, puta, quia concedat iure feudi antiqui, in omnibus, & per omnia, prout aliqui dixerũt; ſed etiam ſi non ſint appoſita illa verba vniuerſalia, Et ita volunt communiter Doctor. vt dicit compater meus honorandus, & hac tempeſtate inter iuris Interpretes clariſſimus, D. Crauet. de antiquitat. temp. in 5. parte, ſectione vlt. poſt n. 16.

3 *Sed circa hanc conclusionem puto eſſe aduertendum, quia ex hac differentia, quod feudum cenſeatur iure feudi noui, vel iure feudi antiqui, oriuntur varij effectus: quorum aliqui concernunt præiudicium ipſius domini concedentis, puta, quia ſi vaſallus propter aliquam culpam, ſeu delictum non concernens directo perſonam domini, priuetur feudo, tunc quando feudum eſt nouum, reuertitur ad dominum, ſed quando eſt antiquum, remanet apud eius filios, ſaltem quando eſt acceptum expreſſe pro ſe, & liberis, vt dixi infra quæſt. 66. verſ. Et hæc quidem, & huiuſmodi. & in his caſibus procedere poteſt communis opin. quod ſcilicet, quando ſunt appoſita illa verba, tale feudum cenſeatur iuri feudi antiqui, vt verba ipſius Principis concendentis (iuxta vulgares regulas) latiſſime quantum fieri poteſt, in eius prę iudicium operentur.*

4 *Alij vero ſunt effectus, in quibus verſatur præiudicium ipſius vaſalli ſuſcipientis feudum: puta, quia ſi eſt feudum nouum vaſallus poteſt illud alienare ad ſui libitum, interueniente conſenſu domini in præiudicium filiorum, vt dixi infra quæſt. 41. verſic. Et hæc quidem. & illud etiam vni ex filijs ſuis prælegare, ſecundum opin. quam ego tenui infra, quęſt. 40. verſic. Quę omnia, & ſimiles, quod tamen facere non poteſt de feudo antiquo nam in eo, vltra conſenſum domini, requiritur etiam conſenſus eorum, qui ſunt vocati ex tenore ipſius inueſtituræ. Et in his caſibus forte teneri poſſet, feudum ita conceſſum non debere cenſeri iure feudi antiqui, in præiudiciũ ipſius ſuſcipientis; ne verba appoſita in eius fauorem (contra communes regulas) in eius odium retorqueantur, Cogita, quia ſi poſſet ſuſtineri in practica, eſſet notabilis declaratio: & ſecundum illam ego conſului anno præterito in caſu magni ponderis in regno Neapalitano & lætatus ſũ, quia reperi, quod ſecundum eam prius conſulerat Riminald. conſilio 96. numero quadrageſimo primo, & ſequenti, cuius conſilia impreſſa fuerunt poſt primã publicationem huius §.*

5 f *Quæro* f *nunc, quid è conuerſo, pone, vaſallus habens* g *feudum* g *antiquum, accipit inueſtituram de ipſo, tanquam*

c *Princeps inueſt. &c.*] Ad hanc quæſt. adde, quæ latè dicit Ant. Gabr. lib. 3. tit. de feud. concl. 1. *Gou.*

d *Contrariã autẽ opin. quod ſcilicet cenſeatur feudum antiquum.*] Quod 5 feudum † nouum conceſſũ iure feudi antiqui, ſortiatur, ac habeat naturam, & qualitatem feudi veteris, ſiue antiqui, præter Clarũ noſtrum, & ab eo recitatos hic, defendunt Mynſinger. centur. 4. obſeruat. 84. & centur. 6. obſeru. 18. Gail. lib. 2. obſeru. 50. Borcholt. præd. c. 4. nu. 6. Roſenthal. in tract. feud. cap. 2. concl. 15. Bocer. d. cap. 5. nu. 91. Rudinger. lib. 1. variar. lectio. iuris feud. cap. 26. Fachineus libr. 7. controuerſ. iur. cap. 58. & alij. Qui omnes vnanimi conſenſu ſtatuunt: feudum nouum iure feudi antiqui cõceſſum. etſi cauſa, & origine nouũ eſſe non deſinat: tamen ratione iuris, & effectus naturam antiqui aſſumere. Et hoc ipſum ſic exaudiri volunt, vt tunc demum locum habeat, cum de fauore, & cõmodo vaſalli, non etiam cum de eius damno 6 agitur: † quandoquidem ea, quæ in alicuius fauorem ſunt introducta, non debent retorqueri in eius odium. l. nulla. 25. ff. de legibus. *Harpr.*

e *Vt ait Iacob.*] Qui ſubdit hoc eſſe notandum, quia quotidianum. Adde hanc opin. contta Oldrad. eſſe communẽ, vt atteſtatur Rol. in cõſ. 60. nu. 38. lib. 1. & conſ. 32. nu. 7. vol. 4. & dixi in colle. mea cõmun. opin. in verb. feudum nu. 7. & 8. *Giach.*

f *Quæro nunc.*] Adde & vide cõmune vtrunque per Rol. in conſ. 16. vol. 3. quod etiam dixi in ead. colle. mea. nu 31. 32. *Giach.*

Quæro nunc quid è conuerſo.] Indubitata Feudi- 7 ſtarum opinio eſt: † quod feudum antiquum cõceſſum iure feudi noui, non aſſumat naturam feudi noui, niſi & agnati, de quorũ hic præiudicio tractatur, conſentiant. Etenim cum agnati in feudum antiquũ ſuccedant, non etiam in nouum; hocque ius ſuccedẽdi in feudum antiquũ cõpetat illis beneficio primi concedẽtis domini, & primi acquirentis vaſalli, tit. 14. §. ſi capitanei. ibi per inueſtituram patris, &c. 8 libro 1. F. hoc † vtique ius quæſitum auferri ipſis inuitis nõ debet, leg. id, quod noſtrum. 11. de regul. iur. Ita, præter Clarum noſtrum, & alios tenent Roſenthal. in dicto tractatu feud. cap. 2. concl. 17. Borcholt. dict. cap. 4. numero 10. Mynſinger. d. centu. 4. obſeru. 84. Gail. dict. lib. 2. obſeruat. 49. Bocer. dicto tractat. de qualit. & differ. feud. cap. 5. num. 93. Vulteius dicto libro 1. de feud. cap. 38. numero 7. & Hauneton. de feud. parte prima, cap. 3.

9 Ceterum † an, & quatenus

tenus in dubio feudum antiquum, vel nouum præſumatur, copioſè, poſt alios explanant Iacobus Menochius de præſumptionibus libro 3. præſumpt.93. Ioſephus Maſcardus volum. 2. de probationibus, concluſ. 771. Fachineus dicto libr.7 controuerſ.iur. cap. 59. Schr der.d. par.2.cap. 3 num.41. Bocer.d cap.5. numer. 94. Vulteius dicto libro primo, cap.8.num 8. Mozzius de feud. in capit. de natura feud. & Rudinger. dicto libro 1. cap. 27. *Harpr.*

g *Antiquum.*] Hic cadit notabilis dubitatio. Vaſallus committit cõtra dominum feloniam dignam priuatione feudi, dominus remittit, nunquid ex hoc feudũ dicatur eſſe nouum an verò remaneat antiquum? vide per Iacobum in ſuis Quæſtionibus feudalibus quæſtione 16. numero 240. *Giachar.*

h *Vt dicit Iacob.*] Vide etiam per eundem in ſuis quæſt.feudal.q.16.ſub num.24. *Giachar.*

de feudo nouo, nunquid tale feudum mutabit naturam, ita quod, cenſeri debeat feudum nouum, non autem feudum antiquum? Reſpond. quòd quantum ad ipſum dominum concedentem, & quantum ad ipſum vaſallum recipientem procul dubio cenſebitur feudum nouum, ex quo vterque ipſorum potuit ſibi pacto in inueſtitu. appoſito præiudicare: & hoc eſt indubitatum. Quo vero ad filios, ſiue agnatos ipſius recipientis, quibus ex tenore primę inueſtituræ erat ius quæſitum, non potuit dominus, neque vaſallus in eorum prętiudicium aliquid facere; & ideò talis inueſtitura eis non præiudicat. Ita tenet Bald. in cap. 1. num. 20. an agnat. vel filius, quem ceteri ſequuntur, vt ait Iac. in verbo, Ita quod ipſi inueſtiti, poſt nu.14. verſ. Sed ponamus. Quod tamen intellige procedere, niſi etiam illis præiudicaret. Et ita loquuntur omnes Doctores in hoc propoſito.

6 *Sed pone; Vaſallus ex aliqua cauſa incidit in priuationem feudi, quod erat antiquum, puta, propter feloniam, ingratitudinem, vel huiuſmodi, ita quod feudum ipſum aperiebatur domino (de quo tamen vide, quæ dixi infra quęſt.66.) modo dominus remitit hanc culpam ipſi vaſallo; Quæro, an maneat feudum antiquum, an autem cenſeatur tanquam feudum nouum? Reſpondeo, quod remanet feudum antiquum. Ita tenet gloß. in cap. Imperialem. §. inſuper, in verbo, priuetur, de prohibit. feud. alien. per Frider. quem cete-*
1 *ri Scribentes ſequuntur, vt dicit h Iacob. in verbo, Dictique vaſalli. el 1. numero 64. Iden etiam tenuit in l. quod dicitur, la 1. in principio, numero nono, ff. de impen. in reb. dotal. fac. Hanc tamen concluſionem intellige, vt procedat, quando non eſſet adhuc contra ipſum vaſallam ſecuta ſententia ſuper priuatione; vel quando culpa non erat talis, propter quam vaſallus ipſo iure feudum amiſiſſet: nam eo caſu vtique remanet feudum antiquum, prout erat antea; ſecus autem, ſi idem fuißet priuatus ipſo iure, vel per ſententiam. Ita dicit Bald. in d. §. inſuper, num.8. & ita communiter diſtinguunt omnes Scribentes, vt ait Molin. in conſuet. Pariſ. feud. §. 30. num. 105. Credo etiam, quod ſi poßet apparere de aliqua fraude, quia ſcilicet dominus, & vaſallus ſimul colluſiſſent, vt agnatos a ſuo iure excluderent, eſſet eis ex æquitate ſuccurrendum.*

QVAESTIO IX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Feudum quando dicatur eſſe ex pacto, & prouidentia, & quando hæreditarium.*
2 *Feudum ſimpliciter, & abſolute hæreditarium an tranſeat ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos.*
3 *Feudum conceſſum pro ſe, & filijs, vel liberis, an dicatur hæreditarium.*
4 *Feudum conceſſum pro ſe, & filijs, & hæredibus an requirat quod filij ſint etiam hæredes.*
5 *Et an hoc caſu requiratur, quod ſint heredes vaſalli vltimo loco defuncti, an autem ſufficiat quod ſint hæredes primi requirentis.*
6 *Et quid ſi feudum conceſſum ſit alicui, nulla facta mentione filiorum, nec hæredum.*
7 *Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus, an dicatur hæreditarium.*
8 *Et quid ſi conceſſum ſit pro ſe, & filijs, & heredibus ab eis legitime deſcendentibus.*
9 *Et quid ſi conceſſam fuerit pro ſe, & hæredibus maſculis.*

Ex Additionibus.

1 *Feudum ex pacto, & prouidentia quid.*
2 *Feudum hereditarium quid.*
3 *Feudum mixtum quod dicatur.*
4 *Vtrum feudum ſimpliciter conceſſnm preſumatur ex pacto, & prouidentiam, an vero hereditarium.*
5 *In omni diſpoſitione præſumendum in dubio eſt id, quod de propria rei natura eſt.*
6 *Feudum ex pacto, & prouidentia propriam feudi retinet naturam.*
7 *Pacta, cum ſint facti, non preſumentur.*
8 *Feudum hereditarinm non niſi pacto conſtituitur.*
9 *Contrahentes in dubio cẽſentur ſe conformare voluiſſe diſpoſitione iuris communis.*
10 *Feudum regulariter ad maſculos tantum pertinet.*
11 *In dubio magis fauetur ſanguini, quam cauſa extranea.*
12 *In dubio ſententiam fauorabilior recipienda.*
13 *Quatenus in dubio quilibet ſibi, & ſuis hæredibus proſpicere cenſeatur.*

ADDITIONES.

a
1 Q*ualiter intelligatur aliquod feudum eſſe ex pacto, & prouidentia.*] Feudum ex pacto, & prouidentia, vulgo dicitur, cum feudum alicui, pro ſe, & filijs ſuis, vel liberis, nulla hæredum facta mentione, cõ-
2 ceditur: feudum † verò hæreditarium appellatur, quando in inueſtitura vocabulum hæredis expreſſe vſurpatur. Ita ſentiunt, vltra Clarum noſtrum, & alios per eũ hic cumulatos, Hartman. Piſtoris libro ſecundo, quæſtionum iur. quæſtione prima, numero primo. Arius Pinellus ad l. 1. parte 3. numero 84. & ſequenti. C. de bon. matern. Bartol. Camer. in capit. Imperialem, §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Frider. Schrader. in tract. feud. part.3 nu.19. & ſequẽ. Borcholt. in comment. in conſuetudines feud cap.3. diuiſ.4. Fachin. lib 7. controuerſ. iur cap.3. Henricus à Roſenthal. in tract. feud. cap.2. concluſ.33. & ceteri complures ab his laudati. Verum huic diuiſioni, communi Doctorum calculo receptæ, ac paſſim etiam in Curijs vſque comprobatæ, quid inſpecta veritate iuris deferendum ſit, abundè, & accuratè exponunt Dn. Collega Bocer. in tract de qualit. & different. feud. cap.5. H. in tractat. feud c 9. pag.77. cum ſeq. & nouiſſime Carolus a Kirchberg. in diſcurſu de feudo ex pacto, & prouidentia, &c. cap. 1. & ſeq De eadem diuiſione videatur Andr. Knichen. libro 1. de pact. inueſtitur. cap.2. num.13. *Harpr.*

QVÆST. IX.

1 V*Alde vtilis, & quotidia-*
a *na eſt illa quæſtio, a qualiter intelligatur aliquod feudum*

Ex

b *Ex pacto, & prouidentia.*] Ad materiam hic nota, quod in feudo ex pacto, & prouidentia admittuntur filij agnati, tametſi haud ſint hæredes primi inueſtiti, vel vltimi defuncti: commune vide Roland. conſil. 67. nu.21. & in collecta mea commun. opin. in verbo feudum nu.50. Item nota, quod feudum ex pacto, & prouidentia pro ſe & liberis, quorum primi contrahentes ſemper voluerunt conſeruari, non poteſt vendi etiam cum conſenſu domini directi in præiudicium liberorum vocatorum. Commune vide ibidem num. ſeq. *Giach.*

c *Hæreditarium.*] Adde communem, vt per Roland. à Valle poſt ab eo citatos in conſ.67.nu. 9. & conſil.97. num.39. vol.1. & conſ.3.num. 17. vol.4. *Giach.*

d *Conceſſum eſt pro ſe.*] Adde, quod etiam dicitur hæreditarium, quando reperitur conceſſum ſimpliciter, nulla facta mentione hæredum, cõmun. per Rolan. conſil.3. numer.15. Item quando eſt conceſſum pro ſe, & filijs commun. per Rol. ibi num.17. item quando eſt cõceſſum pro ſe, filijs & hæredibus, commun. per eund. ibi nu.19. & de iſtis comunibus opinio. dixi fuſius in ea. collect. mea num.23. cum multis ſequentibus & nu.27. cũ multis alijs ſequentib. vbi etiam ſuccedere volens debet eſſe hæres, num.40 Item in feudo hæreditario cõceſſo pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, vt quis admittatur, requiritur, vt ſit hæres primi inueſtiti, vel vltimi defuncti, de cuius perſona tractatur num.40. quinimò non ſufficit, quod ſit hæres ſanguinis, niſi etiam ſit hæreditatis. Commune num.42. item quod ſit hæres vniuerſalis, commune num.43. *Giach.*

e Ex *pacto, & prouidentia.*] Item conceſſum cum dictione, maſculis, nullo alio verbo appoſito, facit, vt feudum dicatur ex pacto, & prouidentia, at ſecus quando adiũguntur illa verba, pro filijs maſculis hęredib. quia iſto caſu erit hæreditarium, commune dixi ibid. nu. 47. ſed quid quando datur alicui pro ſe, & ſuis liberis ex ſuo corpore legitime deſcendentibus, an dicatur hęreditarium, vel ex pacto, & prouidentia? commune vtrunque vide ibid. numer.48. 49. Feudum vero cõceſſum pro ſe, & liberis, quod dicatur ex pacto, & prouidentia, commune vide per Natt. in conſil. 681. ante nu.2. vbi pro & contra, & dixi in dict. collect. mea num.45. *Giach.*

f *Feudum non eſt neque ſimpliciter hæreditariũ, nec ſimpliciter ex pacto,*
3 *&c.*] Etſi † communiter Doctores (quos refert & ſequitur hic Clarus noſter) duobus priorib. feudorum generibus tertiũ addũt, mixtum videlicet, quod habeat aliquid de feudo hæreditario, & aliquid de feudo ex pacto, & prouidentia; ita vt conceſſum ſit vaſallo pro ſe, & filijs, vel liberis hæredibus: attamen huiuſmodi feudum nihil participare de feudo hæreditario, ſed mere, & abſolute feudũ eſſe ex pacto, & prouidentia, intrepide, affirmat probatque D. Bocer. dict. cap.15. & Clarus a Kirchberg, d. diſcurſu de feudo ex pacto &c. cap.2. num.3. ſeqq. *Harprec.*

Defun-

b *eſſe pacto, b & prouidentia, & qualiter hæreditarium, in qua materia Doctores multum intricate loquuntur. Præmitte ergo, quod dupliciter intelligi poteſt feudum eſſe hæreditarium, primo ſcilicet, quoad hoc, vt tale feudũ de ſui natura ſit tranſitoriũ ad quoſcunque hæredes; & ſic, quod eo, quod quis eſt hæres vaſalli, admittatur ad feudum. Secundo vero, quoad hoc, vt de natura ipſius feudi nõ poſſet aliquis in eo ſuccedere, niſi etiam ſit hæres, & ſic in primo caſu qualitas, quod ſit hæres, ſufficit ad ſuccedendum in ipſo feudo: in ſecũdo autem caſu non ſufficit, ſed bene requiritur, quod concurrat.*

2 *Hoc præmiſſo dic, quod tria ſunt in hoc propoſito genera feudorum. Aliquod enim eſt feudum ſimpliciter, & abſo-*
c *lute c hæreditarium, puta, quan-*
d *do conceſſum d eſt pro ſe, & hæredibus quibuſcunque: & ad hoc, vt quis in tali feudo ſuccedat, ſufficit, quod ſit hæres, nec alia qualitas requiritur: & ideo tale feudum tranſit ad quoſcunq; etiam extraneos hęredes. Ita dicit Bald. in l. cum virum. poſt nu.21. C. de fideicom. qui in hoc communiter approbatur, vt ait Gigas de penſion. quæſt.19. num.13. Idem etiam tenet Bald. in cap. Imperialem. in princ. num.19. de probib. feudi alien. per Frider. Et eſt communis opinio, vt ait Socin. inter conſil. feudal. Brun. conſ.19. nu.2. Curt. iun. conſ.183. nu.6. & in tract. feud. in vlt. parte, tertię partis princ. quæſt.2. Ripa in l. ex facto, §. ſi quis ita, poſt num.16. verſ. Ex quibus conſtat. ff. ad Trebel. & in l. quæſitum, §. ſi quis cum tutor. num.4. & ſeq. ff. de priuil. credit. Crauet. conſ.256. poſt nu.8. verſ. His tamen, Pariſ. conſ.23. num.170. lib.1. Socin. iun. conſ.103. num.28. lib.2. Et dicit Molin. in Apoſtil. ad Alex. conſil.30. ſub num.11. lib.1. in fine Apoſtill. quod hæc eſt crebrior, & verior opin. licet in princip. Apoſtil. dicat, quod in hoc puncto quanto plura legit, tanto minus diſcernere potuit, quæ ſit crebrior opin. adeo Doctores Doctoribus, imò ijdem ſibi ipſis contradicũt. Sed quicquid dicat Molin. opin. Bald. tanquam magis communis obſeruatur in practica.*

3 *Quandoque vero, & ſecun-*
e *do, feudum eſt ſimpliciter, & abſolute ex pacto, e & prouidentia, puta, quando conceſſum eſt pro ſe, & filijs, vel pro ſe, & liberis, nulla facta mentione hęredum, & hoc quidem feudum non dicitur hęreditarium, ſecundum Andr. de Iſern. in cap. 1. §. hoc quoque. qui feud. dare poſſ. & eſt communis regula, vt ait Dec. conſil.445. num. 8. ſed ad hoc, vt quis in tali feudo ſuccedat, ſufficit, quod ſit filius, vel deſcendens ab illo primo acquirente; non autem requiritur, quod ſit hęres. Et hęc eſt communis opinio vt dicit Iaſ. in leg. ſi poſt mortem, in princ. num.3. ff. de leg. 1. & conſ.56. colum. fin. in princ. ibi ego, lib.3. Bene verum eſt, quod in hoc caſu ſecundum aliquos, eſt differentia inter filios, & agnatos: nam multi tenent, quod in hoc feudo locũ habeat diſpoſitio cap. 1. an filius, vel agnatus, de quo infra ſuo loco dicimus, in quęſt.76.*

4 *Quandoque & tertio, feu-*
f *dum f non eſt neque ſimpliciter hęreditarium, neque ſimpliciter ex pacto, & prouidentia, ſed participat de vtroque, puta, quando eſt conceſſum pro ſe, & filijs, & hęredibus, & eo caſu requiritur, quod ille, qui vult in tali feudo ſuccedere, ſit filius, & ſit etiam hęres, & ſic, quod in eo vtraque qualitas concurrat. Ita tenet Iacob. de Beluiſ. in c. 1. de eo, qui ſibi, & hęred. &c. Bene verum eſt, quod in hoc fuit aliqua controuerſia inter Scribentes. Nam contrarium videtur tenuiſſe Bald. in eod. c. 1. nu.6. quod ſcilicet ſufficiat ius ſanguinis, neque requiratur ius hęreditatis, ſed huic opin. Baldi non adhęrent communiter Doct. vt dicit Alexan. conſ. 19. nu.16. lib.5. Et dicit Alex. conſ.10. num.8. lib.3. quod concluſio Iacobi de Beluiſ. eſt communiter approbata, quem refert Pariſ. conſ.2. num.26. lib.1. & conſ.3. num.17. eod. volum. & conſ.4. num.28. eod. volum. & conſ.106. nu.25. eod. vol. Hanc concluſionem dicit eſſe communem Iaſ. conſ. 57. num.1. lib.1. & conſ.56. colum.1. lib.3. Ruin. conſ.16. nu.6. lib. 1. Curt. iun. conſ.1. nu.11. Pariſ. conſ.16. nu.13. lib.1. & conſ.23. nu.167. eod. vol. & conſ.1. nu.134. lib.2. & conſ.48. nu.9. & 10. lib.4. Crauet. conſ.197. poſt nu.5. verſ. Hoc tamen fundamentum. Socin. iun. conſ.114. poſt num.12. lib.2. Gratus conſ.4. num.42. lib.1. Et hanc opin. tanquam veriorem, & magis communem, ſemper vidi obſeruari in practica, alias enim neceſſe eſſet fateri, quod illa verba, & hęredibus, eſſent ſuperflua.*

5 *Sed quęro, an oporteat eum, qui vult in huiuſmodi feudo ſuccedere, eſſe hęredem vaſalli vltimo loco defuncti, an autem ſufficiat eum eſſe hęredẽ primi acquirentis? Reſp. quod in hoc etiam eſt altercatio inter Doctores, nam aliqui tenẽt,*

opor-